

De desiderio naturali videndi Deum per essentiam Notulae.

1. Quod haec quaestio, quid sit, manifestat desiderium.  
Distingue 1) ipsum desiderium seu principium inquirendi, admirandi et 2) manifestationem desiderii per conceptus et voces.
2. Quod hoc desiderium est naturale.  
Non enim est acquisitum, nam fortissimum est in parvulis, neque supernaturaliter infusum, nam sine inquisitione nihil intelligitur. Intelligere vero est naturale homini.
3. Quod se extendit ad quidditatem Dei cognoscendam.  
Nam in theologia naturali inquiritur in attributa Dei determinanda et ordinanda. Quaeritur quid sit Deus.
4. Quod theologia naturalis non explet hoc desiderium.  
Manet enim obscuritas, manent quaestiones ulteriores. Quaerentibus discipulis respondent magistri, Mysterium est.
5. Quod hoc desiderium non expletur nisi per visionem beatificam.  
Quaerere "quid sit" est quaerere cognitionem rei per essentiam; res per essentiam cognoscitur in quantum recipitur species intelligibilis proportionata ipsi rei; unde sola ipsa essentia divina potest esse species ad quidditatem Dei cognoscendam. ST I, 12. Et haec est visio beatifica scdm S. Thomam.
6. Existit ergo desiderium naturale quod non expletur nisi per visionem Dei beatificam; quae tamen visio est supernaturalis.
7. Tamen hoc desiderium non probat nisi potentiam obedientialem ad visionem Dei.  
Probat potentiam, nam probat ordinem ad actum. Probat potentiam obedientialem, nam actus produci potest a solo Deo tamquam a causa proportionata.
8. Neque hoc desiderium probat exigentiam ad visionem.  
Exigentia enim invenitur in potentia accidentali vel in potentia essentiali proxima; unde arguit Aquinas CG II 79 §6. Exigentia vero non invenitur in potentia essentiali remota et multo minus in potentia obedientiali. V.g., materia lunae posset informari anima rationali sed hoc non exigit.
9. Dices: Ergo non existit beatitudo naturalis. Nam beatitudo dicit expletionem omnis desiderii, et naturale hominis desiderium non expletur nisi nisi supernaturaliter.  
Beatitudo perfecta explet omne desiderium, C; quae perfecta beatitudo est naturalis, Deo, C, creaturae, N. Beatitudo creaturae naturalis est imperfecta sicut et ipsa creatura.
10. Ergo lugent parvuli discedentes sine baptismo.  
Nemo rationabiliter luget de carentia boni ultra proportionem suae naturae. Peto probationem ergo parvulos esse irrationabiles. Etiam peto probationem parvulos sine fide potuisse posse certo scire se potuisse habere visionem Dei per baptismum.
11. An potuisset Deus creaturam intellectu praeditam producere quin eam ad visionem ordinaret et vocet.  
Utique. Est doctrina catholica, Humani generis, AAS 42 1950 570  
Probat. Potest Deus facere quidquid non implicat contradictionem. Et nulla adest contradictio in supposito.

De desiderio naturali videndi Deum per essentiam Notulae.

1. Quod haec quaestio, quid sit, manifestat desiderium.  
Distingue 1) ipsum desiderium seu principium inquirendi, admirandi et 2) manifestationem desiderii per conceptus et voces.
2. Quod hoc desiderium est naturale.  
Non enim est acquisitum, nam fortissimum est in parvulis, neque supernaturaliter infusum, nam sine inquisitione nihil intelligitur. Intelligere vero est naturale homini.
3. Quod se extendit ad quidditatem Dei cognoscendam.  
Non in theologia naturali inquiretur in attributa Dei determinanda et ordinanda. Queritur quid sit Deus.
4. Quod theologia naturalis non explet hoc desiderium.  
Manet enim obscuritas, manent quaestiones ulteriores. Quarentibus discipulis respondit magistri, Mysterium est.
5. Quod hoc desiderium non expletur nisi per visionem beatificam.  
Querere "quid sit" est querere cognitionem rei per essentiam; res per essentiam cognoscitur in quantum recipit species intelligibilis proportionata ipsi rei; unde sola ipsa essentia divina potest esse species ad quidditatem Dei cognoscendam. ST I, 12. Et haec est visio beatifica secunda S. Thomam.
6. Existit ergo desiderium naturale quod non expletur nisi per visionem Dei beatificam; quae tamen visio est supernaturalis.
7. Tamen hoc desiderium non probat nisi potentiam obedientialem ad visionem Dei.  
Probat potestatem enim, nam probat ordinem ad actum. Probat potentiam obedientialem, nam actus produci potest a solo Deo tanquam a causa proportionata. Aliud enim est posse quaerere et aliud est posse scire. A fool can ask more questions than....
8. Ne ut hoc desiderium probat exigentiam ad visionem.  
Exigentia enim invenitur in potentia accidentali vel in potentia essentiali proxima; unde arguit Aquinas CG II 79 §6.  
Exigentia vero non invenitur in potentia essentiali remota et multo minus in potentia obedientiali. V.g., materia lunae posset informari anima rationali sed hoc non exigit.
9. Dicos: Ergo non existit beatitudo naturalis. Nam beatitudo dicit expletionem omnis desiderii, et naturale hominis desiderium non expletur nisi supernaturaliter.  
Beatitudo perfecta explet omne desiderium, C; quae perfecta beatitudo est naturalis, Deo, C, creaturae, N. Beatitudo creaturae naturalis est imperfecta sicut et ipsa creatura.
10. Ergo lugent parvuli discedentes sine baptismo.  
Nemo rationabiliter luet de carentia boni ultra proportionem suae naturae. Peto probationem ergo parvulos esse irrationabiles. Etiam peto probationem parvulos sine fide potuisse posse certo scire se potuisse habere visionem Dei per baptismum.
11. An potuisset Deus creaturam intellectu caeditam producere quin eam ad visionem ordinaret et vocet.  
Utique. Est doctrina catholica, Humani generis, AAS 42 1950 570  
Probat. Potest Deus facere quidquid non implicat contradictionem. Et nulla adest contradictio in supposito.

essentiam